

**436** Victoriae | Brittanicae | impp[*p.*]<sup>1</sup> L. Septimi Seve|ri Pii Pertinacis et | M. Aureli Antonini | [*et P. Septimi Getae*]<sup>1</sup> | Augg[*g.*]<sup>1</sup> Gigthens[*es*] | publice.

*In ora Africæ in ruderibus municipii Gigthensis (Eph. ep. 7, 43). — Titulus positus anno 210 aut 211, quo tempore etiam nummi cusi sunt Vict. Brit. et Victoriae Britannicae inscripti (Eckhel 7, 488. 207). — 1) Erasa nomina Getae et in vocabulis impp. et Auggg. ultimae litterae ad eum pertinentes.*

**437** divo [Se]ptim[i]o Severo Pio Aug. Arab. [Ad]iab. Part. max. | et imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Aug. Felici Part. max. | Brit. max. Germ. max. pont. max. fil., trib. pot. XVIII<sup>1</sup>, imp. III, | cos. IIII, p. p., procos., optimo maximoque principi, et | Iuliae Domnae Piae Felici Aug. matri Aug. et castrorum et senatu[s] | et patriae, uxori divi S[e]veri Aug. Pii, col. Iul. Assuras devota numini eorum d. d. p. p.

*Henchir Zanfur, ubi fuit Assuras, prov. Africæ, in arcu triumphali (VIII 1798 ad exemplum potissimum Guérini). — 1) A. 245.*

**438** imp. Caes. L. Sept. Sever. | Pio Pert., Arabic. Adiab. Part. | Brit. p. m., trib. pot. III, imp. VII<sup>1</sup>, cos. III, | et imp. Caes. M. Aur. Antoni|no Pio invict. Aug. Part. ma. | prin. m. p. m., trib. potes. XVIII<sup>2</sup>, | imp. III<sup>3</sup>, cos. IIII, procos., fort. | Aug., fel. princ., dom. ind[u]lg. | Ab Aug. m. p. XLV, a lg. m. p. LI.<sup>4</sup>

*Prope Nassenfels (non longe ab Ingolstadt et Danuvio), iam Monachii, columna miliaria viae ab Augusta (Augsburg) Castra Regina (Regensburg) ferentis (III 5997). — 1) Tribunicia potestate tertio imperator septimum Severus fuit a. 195; sed titulus incisus post mortem Severi, loco ut puto antiquioris tituli, appellationibus Severi quae in illo fuerant ex parte (ut in similibus titulus III p. 4413) retentis. — 2) A. 245. — 3) Requiritur imp. III; eerte ita ipse Caracalla etiam d. 7 Ian. 246 vocari voluit (III p. 891). — 4) Ab Augusta milia passuum XLV, a legione (sc. tertia Italica, quae castra habuit Regensburg) milia passuum LI.*

**439** P. Septimio L. f. | Getae<sup>1</sup>, patri imp. | Severi Aug. piis|imi fili, maximi | principis, avi<sup>2</sup> imp. | sanctissimi Antoni|ni Aug. fortissimi et in|dulgentissimi principis, | res publ. IIII col. Cirt. | d. d. p. p.<sup>3</sup>

*Cirtæ (Eph. ep. 7, 438). — 1) Getae nomen fuisse patri Severi ait etiam vita Sev. 4. Titulus positus non ante annum 198, quo Severi filius Augustus dictus est. — 2) Ser. avo. — 3) Res publica quattuor coloniarum Cirtensium decreto decurionum pecunia publica.*

**440** Pacciae Mar|cianae<sup>1</sup>, quon|dam coniugi | imp. Severi Aug. | piis|imi maxi|mi principis, | res publ. IIII col. | Cirt. d. d. p. p.<sup>2</sup>

*Cirtæ (Eph. ep. 7, 439). — 1) Prior uxor Severi, Marcia appellata in vit. Severi c. 5; ei statuas collocatas esse a Severo tradit eadem vita c. 5. 14. — 2) Cf. N. 439 not. 3.*

**441** P. S . . . . | G . . . .<sup>1</sup>, | co[gnato] | imp. Caes. L. Sep|timi Severi Pii | Pertinacis Aug. Ara|bici. Adiab. Parth. max. | et avonculo<sup>2</sup> |